# Stadt-Düſſeldorffiſche POLICEY- und TAX-Ordnung

Auffgerichtet im Jahr 1706.

---

Düſſeldorff / Gedruckt bey der nachgelaſſene Wittwe Beyrs / Chur-Fürſtl. Hochff Buchdr.

pars cultro, pars ense fremit, furor arma ministrat
vulnerat hicce pedem, sauciat ille caput.
hic scrobibus figit, sudibus ferit ille lacertos
hic lacerat vestes, vellicat ille comas
corpora ad erectum raptantur caesa theatrum
hic nova Barbaries in nova facta ruit
stabat spectatrix Haga conspectura furores
stabat ad Schythicum, tota tremebat opus
truncantur digiti, nares truncantur et aures
heu, membro pretium stat cuicumque suum
nil manet intactum, venter diffunditur, ori
extrahitur quondam lingua diserta suo
quae natura jubet texisse, verenda putantur
Dic mihi, quae similis carnificina fuit
quilibet in nostro lavat ora manusque cruore
quilibet ex aliqua parte beatus abit
corpus ab infami sua per quartalia ligno
pendet et est nostro tristis imago patri
sopirit invidia zelo, par nobile fratrum
Auriaco fati nil melioris erit
sustulit ille suos quos falso crederet hostes
Auriacum e medio qui quoque tollat erit
~~sustulit ille suos~~ Wittia nobiscum non omnis factio languet
neutrum sceleris fautor nostra debit
Heus Batavi proceres quibus est respublica cordi
discite per nostram cautius ire necem
qui fidissimus de proditione notamur
credite vos eadem, vos quoque fata manent
Auriacus Batavi dominus vult esse Leonis
a patre vix proles degenerare solet
ut dominus fieret passim mendacia sparsit
spes voti duo si nos caderemus erat
nos luimus poenas, alii quas forte merentur
innocuum feriunt fulmina saepe virum
nos quia pro patria stetimus mandante perimus
Auriaco heus oculos, Austria pande tuos G

Vide plura fol: 53:-

1067 731 01